



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris,
Thesibus, Dictatis Theologicis**

[S.l.], [ca. 1692]

1643. Idem sub P. Ludovico Schildere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39173

I. PARS.

IDEM COLLEGIUM LOVANIENSE.

1643. *Pater Ludovicus Schildere S. J. Theologie Professor Theses Lovanii propugnandas 28. Iulii 1643. in lucem edidit, hoc praefixo titulo, THEOLOGIA. Conclusione XII. De Peccati essentia & malitia, sic habet: Peccatum invincibiliter Deum ignorantis, licet graviter legis naturæ violativum sit, nunquam tamen Dei injuriam contrahet aut offendit.*

IDEM COLLEG. LOVANIENSE.

1668. *ÆGIDIUS ESTRIX Theologie Professor in Collegio Societatis Lovanii edidit anno 1668. Theses defendendas 23. Julii, in quibus non utitur quidem nomine peccati Philosophici, sed rem ipsam docet his verbis: Peccati malitia non consistit formaliter in privatione rectitudinis debitæ inesse actui aut voluntati. Committi potest ab eo qui Deum ignorat invincibiliter; & sic non est formalis offensa Dei, nec meretur poenam ignis æternam. Promiserat in iisdem Thesibus istius doctrinæ principium dum dixerat: Nullum est peccatum formale, nisi conscientia hîc & nunc judicet de malitia.*

Idem Estrix Deum ignorari posse saltem aliquamdiu, quia Deum esse non est per se notum quoad nos, docet in Thesibus a. 1669. die 29. Julii defensis.

IDEM COLL. LOVANIENSE.

1670. *ANTONIUS A BURGUNDIA in eodem Collegio Professor alias Theses sustinuit anno 1670. in quibus utitur eodem nomine peccati Philosophici: Peccatum, ait,*